

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fama k  
cum fonte primo

Vere fame hec est gloriosa proprietas  
ut appetitores sui contempnat, appetat contemptores.  
Famam fugiendo consequitur quam perderet in consequendo.

Alanus de complactu nature.

Quamuis enim Prudentia fantastice adulationis plausibiles dedignetur applausus,  
tamen quia uere fame hec est gloriosa proprietas,  
ut appetitores sui contempnat, appetat contemptores,  
famam fugiendo consequitur, quam perderet insequendo.

Alanus de Insulis, *De planctu naturae*, 12 (N.M. Häring ed., p.857, ll.139-143).